Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dicit in eodem libro quadragesimum esse annum usque ad tempus quo ipse scribebat librum. ex quo heresis katafryge habuerunt exordium. Tertullianus vi. uoluminibus adusum ecclam edidit. Sed quia scripsit de ekstasi. septimum ipse adusum apollonium elaborauit. in quo omnia quae ille arguit conatur defendere. Florunt autem apollonius sub comodo et seuero principibus. xli.

Serapion Vndecimo comodi imperii anno antiochenae episcopus ordinatus scripsit epistolam adcaricum et pontiuum de heresi montani. in qua et hoc addit. Vt autem sciatis falsa hui dogmatis idem nouae prophetae abomini mundo insaniam reprobari. misi uobis apollinaris beatissimi qui fuit in hierapoli asiae episcopus litteras addinim. qui persecutionis tempore ad iudeos declinauerat uolumina quae composuit. et aliud de euangelio quod sub nomine petri ferunt adrosensem cilicie ecclam quia in heresi ei lectione deuertitur. legunt etiam sparsim breues ei epistolae auctoris sui. ackncpwc. et utilitate congruentes. xlii

Apollonius Romae urbis senator sub comodo principe a seruo proditus quod xpianus esset impetrato ut rationem fidei suae redderet. breui spacio insignem uolumen composuit. quod in senatu legit. et nichilominus sententia senatus pro capite truncatus. uetere apud eos optinente lege absque negatione non dimittere xpianos qui semel adeo iudicium pertitti essent.

Theophilus Cesariensis palestinae xliii quem olim turris stratonis uocabatur episcopus. sub seuero principe adusum eos quod xiiii. luna cum iudeis pascha faciebant